

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rationale divinorum officiorum**

**Durantis, Guilelmus**

**[Ulm], 18. März 1475**

Incipit liber tercius de indumentis seu ornamentis ecclesie sacerdotum

[urn:nbn:de:bsz:31-323810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-323810)

124  
bñdictionem oim gentiũ dedit. & illi testam-  
entum suum confirmavit sup caput eius  
datur etiam ei baculus & anulus. de qbus  
in sequenti pre dicit. Singula aut cum ppis  
verbis tradunt & sũt que verba & capitis  
& manũ vnctio. & pollicum confirmatio. ba-  
culi & anuli atq; euagelij traditio. sũt huius  
substantia sacri. cetera sunt solenitatis. De  
euagelij & baculi traditione. & quare cõ-  
secratus equũ album seu albis cooptum eq̃  
tat. dictum est in predicto ti. de consecracõe  
**C**onsecrat aut epus inter eplam & euan-  
gelium. nec p̃ die sue consecracõis ordines  
celebrare. q̃ ip̃e tunc non celebrat. s; concele-  
brat principalit̃ celebranti. pp̃. tñ qui ante  
p̃mnum angelicum consecrat hec posset. q̃  
ip̃e missay solenia pficit consecrat. Differt  
aut inter ep̃os & sacerdotes. q̃ licet sex sint  
que om̃ uniter ad omnes ptinet sacerdotes  
viz cathecizare. baptizare. predicare conficẽ  
soluere. ac ligare. tñ ad pontificem nouem  
spectant. scz clericos ordinare. virgines bñ  
dicere. pontifices consecrare. manũ imponẽ  
basilicas dedicare. degradandos deponẽ.  
sinodos celebrare. crisma conficẽ. vestes &  
vasa sacrare. **S**unt & alia que ad officiu  
ep̃ale ptinent. puta in fronte crismare bene-  
dictionẽ ante pacem dare & similia. **V**er-  
tñ & maiores & minores sacerdotes om̃unẽ  
in quib;dam vicem gerunt sũmi pontificis  
& xp̃i. dum viz p̃ peccatis obsecrant. & per  
pniam reconciliant peccatores. vñd apl̃us  
Deus erat in xp̃o m̃dm sibi reconcilians. &  
posuit in nobis verbum reconciliacõis. ob-  
secramus ergo p̃ xp̃o reconciliam̃ deo. **M**e-  
diatores enim sunt sacerdotes inter deũ &  
homines. dum & precepta dei pp̃lo deferũt  
predicando. & vota ppli deo porigũt suppli-  
cando quo circa tales dñt existerẽ. vt & deo  
grati & homib; sint accepti. **N**am vt ait  
alexander pp̃. xp̃i sacerdotes q̃nto digniores  
fuerint. tanto facili; in nãitatibus ppli pro  
quibus clamant exaudiunt. & sic dicit apl̃s  
**M**ediator non vnus & discordes reconci-  
liare non p̃. qui simul vtriusq; societatis  
amicitiẽ vinculo non est concors. **S**i enĩ  
is qui displicet ad intercedendũ mittit. irati  
animus ad deteriora puocat. **E**pus q̃ &  
sacerdos nomine presbri intelligunt. sic p̃  
ex his que ad t̃p̃rũ apl̃s scripsit. qui eundẽ

xx  
& ep̃m & presbri noiauit. **Q**u aut idem sit  
ep̃us & presbri. multis rõnibus compbat̃.  
**P**resbri a filijs aaron in veteri testa. sump-  
lerunt exordium. **E**pi vero ab ip̃o aaron.  
qui vero tunc vocabant̃ sacerdotes. nunc  
presbri dicunt̃. qui tunc p̃ncipes sacdotum  
nunc nomiant̃. **H**oc aut ideo diuersa sunt  
vocabula. vt ep̃s non dicat̃ presbri. vel cõ  
qm̃ antiquitus q̃n pietati studebant p̃sbri.  
in omni loco ordinabant̃. & apud iudeos q̃  
pp̃lo preerant presbri dicebant̃. hoc nomen  
honoris accipientes. vocabant̃ etiã ep̃i ab  
illo ope quod implere videbant̃. eoq; confi-  
derate habebant. q̃cunq; ad pietatis cultũ  
fuerant constituta. **H**inc etiã hiero. sic ait.  
**O**lim idem presbri qui & ep̃us. & anteqm̃  
d̃p̃aboli instinãtu studia siue dissensioes. in  
religiõe fierent & diceret̃ in pplis. ergo ego  
sum pauli. & ego sum apollo. ego cephe cõ-  
muni presbriõz concilio ecclie gubernabant̃  
**P**ostq; aut vñquisq; eos quos baptizauit  
suos esse putabat. non xp̃i in toto orbe  
decretum est. vt vnus de presbriis suppone-  
retur. **E**pi ergo nouerunt se magis consue-  
tudine q̃ dispensacõẽ dñice veritatis pre-  
sbriis esse maiores. **A**ug. vero dicit q̃m̃q;  
hm̃ vocabula que vsus obrinuit. ep̃us sit  
presbri maior. aug. tñ minor. hiero. est. h̃  
officium xp̃us exercuit. q̃n manus sup capi-  
ta discipuloz leuans. eis bñdixit dicẽ. **A**cci-  
pite sp̃m̃sc̃m q̃ remittitis p̃cãa r̃mittũt̃ eis

**I**ncipit liber tercius de indumentis  
seu ornamentis ecclie sacerdotũ. atq;  
pontificum & alioz ministroz. **Rub.**

**R**etudiano  
vsu non est ve-  
stibus sacris  
utendum. **A**d  
notandum. q̃  
sicut miracõez  
habitus scõm  
lram facimus.  
**I**ta & hm̃ sp̃m  
agamus. **N**on

ergo cum vestibus om̃unis vite vsu pollu-  
tis in sanctalanãtoz ingrediam̃. s; cum con-  
scientia munda & vestib; mundis & sacris  
deo sacra tractemus. **V**ñ stephanus pp̃. sta-  
tuit sacris vestibus non nisi in ecclias ac  
deo dignis officijs vri. **Et ezech. xliij. Non**

sanctificabant populum in vestibus suis. **H**abz ergo sicut hiero. religio diuina alteq; habitum in ecclesiasticis officijs. alium in communi vsu. ut cuncto populo christiano exemplum prebeat bone conuersationis. quatenus loti prius sordes noui christo fiant homines. **E**xuit enim tunc sacerdos veterem hominem cum actibus suis et induit nouum qui secundum deum creatus est. **P**er vestes quoque quibus in sacris utimur tamen. non omnia sacra fore populo reuelanda intelligimus. **E**t non quod tempe lodouici imperatoris. **F**ilij karoli magri episcopi et clerici singula auro texta et exquilitas vestes et alia secularia ornamenta deposuerunt. **S**acra autem vestes a veteri legi videntur assumptae. precepit enim dominus moysi ut faceret aaron sacerdoti et filijs eius vestes sanctas in gloriam et decorem. ut loti et sacris vestibus induiti fungerent officio in sacris exo. xxxviii. xxxix. xl. c. Docuit enim dominus moysen per xl. dies facere pontificalia et sacerdotalia vestimenta sacerdotibus et leuitis suis. ornamenta quoque et lintheamina. hanc et maria tenuit et fecit illa in usum ministerij tabernaculi federis. **Q**uedam tamen ab apostolis sumuntur. hanc tam ille quam iste virtutes designant. vel ministerium incarnationis. **P**ane pontifex celebraturus exuit vestes quotidianas et induit mundas et sacras. **E**t primo sandalia calciat. ut sit memor dominice incarnationis. **S**ecundo sibi imponit amictum. ut motus et cogitatus. fauces et linguam cohibeat. ut fiat cor modum. spiritum rectum percipiens in visceribus innouatum. **T**ercio albam talarem. ut habeat mundiciam carnis perseuerantem. **Q**uarto cingulum ut impetum luxurie refrenet. **Q**uinto stolam in singulum obiecit. **S**exto tunicam iacinthina. id est celestem conuersationem. **S**eptimo supinduit dalmaticam. id est sanctam religionem et carnis mortificationem. **O**ctauo cirothecas. ut declinet vanam gloriam. **N**ono anulum. ut diligat sponsum sicut se. **D**ecimo casulam. id est caritatem. **U**ndecimo sudarium. ut quicquid fragilitate vel ignorantia peccat penitentia tergat. **D**uodecimo pallium supponit. ut ostendat se imitatorum christi. qui languores nostros tulit. **D**ecimotercio mitram. ut sic agat quod coronam mereat percipere eternam. **D**ecimo quarto baculum. id est auctoritatem prelati et doctrine. **E**t postea tepeta calcat. ut terram de-

spicere. et amare celestia discat. **O**mnibus autem premissis vestibus induit a ministris. quod ei ut vestes induat spirituales angeli suffragantur. vel quod vicarius est christi. cui angeli ministrant et omnia seruiunt. **R**ursus pontifex tanquam aduocatus. et pugil cum hoste pugnaturus antiquo. vestibus sacris quasi armis induit. iuxta apostolum ut iam dicitur. **P**rimo sandalia pro occulis habet. ne quid macule vel pulueris affectionum inhereat. **S**ecundo amictum pro galea caput contegit. **T**ercio alba pro lorica totum corpus cooperit. **Q**uarto cingulum per arcum. subcingulum pro pharetra assumit. et est subcingulum illud quod dependat a cingulo quo stola pontificis cum ipso cingulo colligatur. **Q**uinto stola collum circumdat quasi hastam contra hostem vibrans. **S**exto manipulo pro claua vitur. **S**eptimo casula quasi clipeo tegitur. **M**anus libro pro gladio armatur. de singulis etiam aliter dicitur infra. **N**ec itaque sunt arma quibus pontifex vel sacerdos armari debet sed spirituales nequicias pugnat. **N**am ut inquit apostolus. arma militie nostre non sunt carnalia. sed ad destructionem muniminum potentia. **E**t in alia epistola ad ephesios. **I**nduite vos inquit armature dei. ut possitis stare aduersus insidias diaboli. **S**tate ergo succincti lumbos vestros in veritate. et induiti lorica iusticie. et calciati pedes in preparatione euangelij pacis. in omnibus sumentes scutum fidei. in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere. et galeam salutis assumere. et gladium spiritus. quod est verbum dei. **N**ec quidem armata premissa est septuplex vestis sacerdotalis significatiua septemplex virtutis sacerdotis et representatiua christi vestium quibus indutus fuit tempe passionis. **P**ut infra dicitur. **P**rouideat ergo diligenter episcopus. et attendat studiose sacerdos ut signum sine significato non ferat. id est ut vestem sine virtute non portet. ne forte similis sit sepulcro a foris dealbato. intus vero omni spurcitia pleno. **Q**uisquis enim sacerdos indumentis ornatur. et honestis moribus non induitur. quanto venerabilior appareat hominibus. tanto redditur indignior apud deum. **P**ontificalem itaque gloriam non iam honor commendat vestium. sed splendor animarum quoniam et illa que quondam carnalibus blandiebant obtutibus. ea potius quam in ipsa

idem sic  
mpbat.  
sta. lomp  
o aaron.  
es. nunc  
a edotum  
erla sunt  
or. vel co  
ut pler.  
o iudeos q  
hoc nomen  
eria epi ab  
eop conli  
tatis cultu  
ro. sic ait.  
e ante qm  
enhiocis. in  
s. ergo ego  
o cephe co  
bernabant  
bapriauz  
n toto orde  
is suppone  
gis consue  
itatis pre:  
icit qm q  
it. epus sit  
hiero. est. h  
us sup capi  
nt die. Acci  
rmitut eis  
indumentis  
rdoru. arg  
strop. Rub.  
qtridiano  
non est ve  
us sacris  
ndum. Ad  
andum. q  
t mutacoz  
ditus sedm  
m facimus.  
a et hm spm  
amus. Non  
te vsu polla  
h cum con  
dis et sacris  
anus pp. sta  
caistis n  
plij. Non

epant intelligenda palcebant. ut quicquid illa velamina in fulgore auri. in nitore gemmarum. et in multimodi opis varietate signabant. Hoc iam in moribus actibusque clarescat. cum et apud veteres reverentia ipsa signationum spes obtineret. et apud nos certiora sint experimenta rebus quam enigmata figurarum. prout hec et alia in pontificali. ubi agitur de episcopi consecratione leguntur. Sic itaque munitus ad certamen de spiritualia nequitie in celestibus. et per se danda in subditos iudicis ira ad altare procedit. et per confessionem dyaboli renunciat domino. et seipsum accusat. Populus vero quasi pro suo pugile oratus in profectis diebus terre prosternitur. Dum autem ille orationes et alias recitat quasi totis viribus de dyabolo pugnat. **C**um dyaconus in ieiunijs ante euangelium casulam super humeros replicat. quasi gladium de hostem vibrat. Dum epistola legitur. voce preconis impatoris edicta dant cantus sunt tubicine precentores choros regentes. sunt duces exercitum ad pugnam instruens. quibus lacessentibus alij subveniunt. Cantus autem sequentie est plausus seu laus victorie. Dum euangelium legitur. hostis quasi gladio vulnerat. aut exercitus post victoriam dispersus adunat. Spiritus predicans est impator victores laudans. oblationes sunt spolia que victoribus dividuntur. **C**antus offertorium est triumphus qui debet impatori. Pax autem in fine datur. ut populi quies hoste prostrato instruat. Et deinde populus data licentia per Ite missa est. cum gaudio de victoria et pace optenta ad propria redit. **C**elabratius itaque missam episcopus aut presbiter indumentis suo ordini congruentibus se exornat. et vestium cultui actionis que conveniant ornamenta. **C**irca quod notandum est quod vestimenta sunt induimenta sacerdotibus et episcopis communia. quod et sex sunt quibus communis presbiterorum et episcoporum preces consistit. Nouem vero sunt ornamenta pontificibus specialia. quod et nouem sunt in quibus specialis episcoporum preces consistit. Per hunc ergo communium et specialium indumentorum numerum omunitas et specialitas preteritum inter episcopos et sacerdotes significantur. de quo in parte precedenti dictum est sub titulo de episcopo. Hoc etenim tam in nouo quam in veteri testamento constitutum. ut pontifices propter communes vestes habeant speciales. sed ibi quatuor erant communes. et

quatuor speciales. prout dicitur sub titulo de legalibus indumentis. quod siquidem ratio mystica postulabat. Nam ille date sunt carnalibus et mundanis. quoniam quaternarius numerus ouenit carni propter quatuor humores. et mundo propter quatuor elementa. De autem spiritualibus et profectis date sunt. Nam senarius numerus qui profectus est. quod redditur ex suis partibus aggregatis profectis conuenit. **V**nde et sexto die profecit deus celum et terram et omnem ornatum eorum. sed et cum in plenitudine temporis sexta venisset etate. Sexto die sub hora sexta. redemit genus humanum. Senarius ergo numerus profectus est. quia suo ordine numeratus proficitur. Nam cum unum duo et tres dicuntur senarius numerus impletur. vel quod in tribus partibus diuiditur. in sex tertia. et dimidia. videlicet in uno duobus et tribus. Nouenarius etiam spiritualibus ouenit. quia nouem sunt ordines angelorum qui secundum prophetas per nouem gemmas spes designantur. **Q**uoniam ergo sunt ornamenta pontificis. pro. et virtutum gradus ipso numero designantur. quos per pro. cantica graduum preteritum distinguit. Vestes enim sacerdotales virtutes significant. quibus dicitur sacerdotes ornari. secundum illud prophetarum. Sacerdotes tui induantur iusticia. et sancti tui exultent. que talares dicuntur. quod talus finis est corporis. per quod ostenditur quod non sufficit opus bonum inchoare. nisi studetur perseuerari sine compleri. prout sub titulo de tunica dicitur. **S**ic ergo numerus pontifex plura quam octo induit vestimenta quibus aaron non habuisse legitur. quibus moderna succedunt. quod idem est. quoniam oportet iusticiae nostre magis abundare quam scribarum et phariseorum. ut intrare possimus in regnum celorum. **P**otest etiam dici quod numerus pontifex octo habet a capite usque ad pedes. exceptis vestimentis pedum et manuum. scilicet amictum album. cingulum. et stolam duas tunicas. casulam. et palleum. vestimentum enim pedum potius pertinet ad numerum quam ad aaron. quod nostre dictum est euntes in omnes gentes etc. **D**enique preter premissas vestes sacris ordinibus et ministris deputatas est et alia quedam vestis linea que suppellicium dicitur. quo quilibet seruicij altaris et sacerdotum vacantes super vestes communes vestiri debent prout in sequenti titulo dicitur. **S**uppellicium autem propter sui candorem. mundiciam seu puritatem castitatis designat. iuxta illud. **O**mnis tempe

vestimenta. et opa tua sint candida. et munda  
propter nomen vero suum carnis mortificationem  
figurat. Dicitur enim suppellectilium. eo quod antiq-  
uus super tunicas pellicias de pellibus mor-  
tuoꝝ animalium factas induebat. quod adhuc  
in quibusdam ecclesiis observat. repñtantes quod  
adam post peccatum talibus vestibus est pellicius  
**T**ercio denotat innocentiam. et ideo  
ante omnes alias vestes sacras sepe induit  
quod divino cultui deputati innocentiaz vite  
cunctis virtutum actibus supponere dñt iux-  
ta illud psalmi. Innocentes et recti adhererunt mihi  
**Q**uarto propter sui latitudinem. congrue  
caritatem designat. Unde super prophetas et  
omnes vestes induit. ad notandum quod cari-  
tas operit multitudinem peccatoꝝ **Q**uinto  
propter sui formam quod in modum crucis format  
passionem dñi figurat. quodque illud geren-  
tes crucifigi dñt vicij et concupiscentijs.  
**F**unt autem suppellectilia in quibusdam locis de  
crismatibus lineis que ponantur super infan-  
tulos baptizatos. exemplo moysi de purpura  
et bisso et alijs a populo in tabernaculo oblati  
fecit vestes quibus aaron et filij eius indue-  
rent quoniam ministrabant in sanctis. exo. xxxix. c.  
Est etiam et alia vestis. que pluviata vel capa  
vocat. que creditur a legali tunica mutuata  
Unde sic illa tintinabulis. sic ista himbrys  
insignitur. que sunt labores et huiusmodi  
solicitudines. Habet etiam capucium. quod  
est superni gaudij. prolixa est usque ad pedes  
per quod perseverantia usque in finem significat  
in anteriori parte aperta est. ad notandum  
quod sancta ovesantibus vita patet eterna seu  
quod eorum vita patere debet alijs in exemplum.  
**R**ursus per capam gloriosa corporum im-  
mortalitas intelligitur. Unde illam non nisi  
in maioribus festiuitatibus induimus aspici-  
entes in futuram resurrectionem. quoniam electi de-  
posita carne binas stolas accipient. vix re-  
quiem animarum et gloriam corporum. que capa  
recte interius patula est. et nisi sola noxia fi-  
bula inconsuta. que corpora iam spiritualia facta  
nullis animarum obturabunt angustijs. Fim-  
brys etiam subordinat. que tunc nostre nihil de-  
erit imperfectioni. sed quod nunc ex parte cog-  
noscimus. tunc cognoscemus sic et cogniti-  
sumus **Q**uidam autem heretici garrunt nusquam  
reperi in nouo testamento quod christus vel discipuli  
eius premissis vestibus induerent. reprehens-

tes nos temere. que talibus ornant. quoniam sicut  
iohannis ait. Dominus surgens de cenapostuit vesti-  
menta sua. et postea alia nunquam accepit nisi  
sua. nos vero ut dicunt plura alia que vesti-  
mus reuestimur in missa in qua cenam ipsam  
imitamur. et dominus ab his qui volunt ambulare  
in stolis nos cauere precepit dicens. Canete  
a scribis qui volunt ambulare in stolis. Di-  
cunt enim quod hoc facimus. ut iustiores et ex-  
cellentiores populo appareamus. sed illud. Vos  
estis qui iustificatis vos coram hominibus  
deus autem nouit corda vestra. quod quod hominibus  
altum est abominatio est apud deum. Error  
autem iste ex premissis appertissime confutatur.  
**L**egitur quoquezech. xliij. et xliij. Cum ingredie-  
tur sanctuarium meum. et accedent ad mensam  
meam ut mihi ministrent et custodiunt ce-  
rimonias meas vestibus utantur lineis. non  
ascendit super eos quicquam laneum. Cuius egredi-  
entur atrium exterius ad populum exuant se ve-  
stibus in quibus ministrauerunt et non scien-  
ficabunt populum in vestibus suis. Et nota quod  
ostiarum. lectores. exorciste. et acoliti. vestibus  
albis utuntur. vix suppellectilio amictu et alba.  
et balteo. ut angelos dei ministros per casti-  
tatis munditiam imitent. et in eis in carne  
gloriosa effecta spirituali quasi in albis vesti-  
bus sociantur. inde est quod potius lineis vesti-  
bus utuntur. que sicut linum multo labore ad  
candorem producit. sic nostre est per multas tribu-  
lationes ad regni gloriam peruenire **I**n  
concilio magoten. statutum est. Quod episcopus in  
ordinatione sua recipiat orarium. baculum et  
anulum. presbiter orarium et planetam diaconus  
orarium et dalmaticam. subdiaconus. patenam  
et calicem. et cum degradantur ea perdunt. Et  
in concilio toletano statutum est quod diaconus  
tempore oblationis tantum. sed quoniam legit euangelium  
utatur alba. et dalmatica **N**otandum quoque est quod  
vestes euangelici sacerdotis aliud designant  
in capite sed in christo aliudque figurant in mem-  
bris. quoniamque et caput et membra sacerdotis  
nuncupant. ad caput dicit psalmigraphus  
Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchi-  
sedech. Ad membra vero dicit apostolus. Vos  
estis genus electum regale sacerdotum. Ex-  
ponenda ergo sunt eorum misteria. Primo secundum  
quod membris consequentur secundum quod capiti sed christo  
conueniunt prout in quolibet. c. distinguetur.  
**D**e ornamentis autem et palleis et vestibus

ecclie vel altaris in parte p̄ma dictum est. & agitur de picturis. Porro sex indumenta sacerdotibus et ep̄is om̄nia sunt hec amictus. alba. zona. seu cingulū. stola. manipulus planeta. Nouē vero pontificibus specialia sunt hec. calige. sandalia. succinatoriū tunica dalmatica. cirotece. mitra. anulus. baculus pastoralis. De quibus om̄ibus sigillatim p̄sequim̄. et etiam de sudario et de palleo. et de coloribus quibz̄cā in ecclia sticis utitur indumentis et de legalibus indumentis.

**De amictu.**

**D**rimo de sex ornamentis ep̄is. sacerdotibus om̄nibus est s̄m̄ p̄missa dicendū. Lotus itaq; manibus. ep̄us seu sacerdos celebratus assumit amictum quo caput tegit quem pontifex loco ephor̄ siue sup̄humeralis et rōnalis. Et nunc etiam sup̄humeralis vocari significans salutem que p̄ fidem tribuit. De hoc ap̄tus ad ep̄b. vi. Galeam salutis assume. Significat etiam castitatem cordis et corporis que tenes et pectus ambit et tegit. et omnibz̄ lacris vestibus supponit. s̄ oibz̄ sup̄eminz̄ que castitas. et debet esse intus in pectore. et foris nitere ope. Unde in renibus stringit que ibi p̄cipue luxuria dñatur. Per amictū q̄ sup̄ humeros. que circumquaq; diffundit op̄m fortitudo designat. Numeri namq; fortes sunt ad opera pagenda iux̄ illud Patriarcha iacob sup̄posuit humer̄ ad portandū factus est tributis suiens. Duo vasculi. siue due cordule quibz̄ amictus ante pectus ligat. significant intencōz̄ et finem quibus informandū est opus. ne fiat in fermento malicie et nequicie. s̄ in azimis sinceritatis et veritatis. Sacerdos igit̄ non debet ociosus existere. s̄ bonis op̄ibus insudare. s̄m̄ illud ap̄li ad thi. Labora sicut boni miles ih̄u xp̄i. Laudanda tñ quo: undā locoꝝ h̄z̄ consuetudo. ut linea camisia alba aut suppellicium super om̄es vestes induit priusq; amictus imponat. p̄ quod fides que primo adesse debz̄ significat. Porro amictus sup̄ os planete reuoluit. de quo sub ti. de planeta dicit̄. Amictū q̄ collum stringit p̄ quod vocis castigatio intelligit̄. qm̄ p̄ collum in quo vox est usus loquēdi exprimit. Stringitur ergo collum. ne inde ad linguam mēdarium transire possit. leniter tñ cum eo pe-

ctus et fauces stringunt. put sub ti. de cingulo dicit̄. Illo etiam caput opimus. ne circumquaq; libere p̄spiciendo illicita cogitemus. Pectus seu cor eo tegit. que animus sacerdotis ad ea que incumbunt. debz̄ totz̄ esse intentus. nec debet tunc ad vanitates. vel ad aliqua mundana libere meditanda dissolui. Porro amictus quo sacerdos caput obnubit. s̄m̄ q̄ capiti. scz̄ xp̄o ouenit. significat id quod in apoc̄. describit̄. viz̄ angelū dei fortem descendisse de celo amictū nube. et in p̄sa. Ecce dñs ascendet sup̄ nubem candidam. veniens enim ad saluacōem mundi saluat̄ mundi dei filius. angelus magni cōsiliij amictus est nube dum diuinitatē abscondit in carne. Nam caput viti xp̄us. caput xp̄i deus. Hoc ergo carnis latibulum significat sacerdotis amictus. quod p̄ illam signonem expressius significat. que sūmus pontifex caput obducit. de qua in ti. de succinatorio dicit̄. et pulcre quidem qd̄ p̄ calciamentum pedum hoc ip̄m p̄ amictū capitis designatur. que diuinitas in carne latuit. et p̄ carnem innotuit. Nam cum notz̄esset in iudea deus et in israhel magnū nomen eius. In p̄dumeam extendit calciamentū suū. et añ conspectum gentiū reuelauit iusticiā suam. Amictus etiā rep̄ntat op̄imentū quo iudei velabant faciē xp̄i. dicentes math. vi. Propherisa nobis xp̄e. quis est qui te percussit.

**De alba**

**D**ost amictū camisiam siue albā sacerdos induit. que membris corporis ouenient aptata nihil sup̄fluū aut dissolutū in vita sacerdotis aut in eiz̄ membris esse debere demonstrat s̄m̄ q̄ legitur. Omni tempe vestimenta tua sint candida. Fit aut̄ de bisso vel lino p̄pter quod scriptū est. Bissinum sunt iustificacōes sanctorum. est aut̄ bisso linum egiptiacū. Sicut enim bisso vel linum candore quez̄ ex natura nō habet. multis t̄nsionibus attritum acq̄rit per artem. sic et hominis caro munditiā quaz̄ non optinet p̄ naturā. p̄ exercitia bonoz̄ op̄um multis castigationibus macerata sortitur per gr̄am. Sacerdos ergo s̄m̄ ap̄lm̄ castigat corpus suū et in s̄uitutem redigat. ne forte cum alijs p̄dicauerit ip̄e reprobus fiat. Habet aut̄ alba capucium quod est p̄fessio castitatis. Habet etiā linguaz̄ q̄ significat

linguam sacerdotalem que ligat otumaces  
 a absoluit penitentes. **R**ursus hec vestis  
 que in veteri sacerdotio linea vel poderis  
 grece seu tunica talaris dicebat stricta fuisse  
 describit. ppter spm huiusmodi iudeorum in  
 timore. In nouo vero larga est ppter spm  
 adoptionis in libertate. qua nos xpus libe  
 rauit. Quam aurifrisum et gramata diuer  
 sis locis ac varijs opibus ad decorem habz  
 illud insinuat qd ppha dicit in ps. **A**lstritit re  
 gina a dextris t. in ve. deau. cir. va. **R**ur  
 sus alba cingulo stringit. vt omnis volup  
 ras carnalis astricta intelligat dicente dno  
**S**int lumbi vri precincti. Manifeste qd tam  
 albe qd etiam tunicelle. conuenient esse dnt  
 stricte. non nimis laxe vt labant. et brachia  
 nudent hntes in summatibus aurifrisa ad  
 designandum aureos torques qui brachia  
 nuda beati martini missam celebrantis mi  
 raculose decent opuerunt. put in sexta pte  
 sub eius festo dicit. **P**er albam etiam q cor  
 pus a sursum vsq ad deorsum tegit spes. q  
 ex gra prouenit eate de sursum. et ex meri  
 tis eate deorsum figurat. **D**e hac apus ad  
 roma. ix. **S**epe salui facti sumus. quia vo  
 vsq ad talos descendit pseuerantiam desig  
 nat prout raturum est ppe finem in pphemia  
 huius pris. **P**orro fm qd capiti. scz xpo co  
 uenit alba que est lineum vestimentu. lon  
 gissime distans a tunicis pelliceis. que ex  
 mortuis animalibus sunt. quibus ada ve  
 stitus est post pcm. nouitate vite significat  
 quam xpus et habuit et docuit. et tribuit in  
 baptismo. de qua dicit apus. **E**ruite vete  
 rem hoiez cum acrib? suis. et induite nouu  
 qui fm deum creat? est. **N**am in transfiga  
 tione respanduit facies eius sic sol. et vesti  
 menta eius facta sunt alba sicut nix. **S**emp  
 enim vestimenta xpi munda fuerunt et can  
 dida. qd pcm non fecit. nec inuentus est do  
 lus in ore eius. **N**ec etiam vestis repntat  
 alba veste in q herodes illisit xpo luc. xxij.

**De Zona seu cingulo.**

**D**ebet aut alba circa lumbos sa  
 cerdotis seu pontificis zona seu  
 cingulo. qd in lege et apud grecos baltheu  
 dicebat precingi. ne defluendo gressum im  
 pediat et castitas sacerdotis p albam signi  
 ficata nullis incentiuoz stimulis dissoluat.  
**C**ingulu nang? otinentia significat. vñ

sint lumbi vri precincti. et lu. ar. in ma. vris  
**I**n lumbis quidem luxuria dnatur sic dñs  
 loquens de dyabolo manifestat. vtus eius  
 in lumbis eius et fortitudo eius in vmbili  
 co ventris eius. **S**ane a sinistro latere po  
 tificis ex cingulo duplex depedet succincto  
 rium. qd duo sunt quibus castitas roborat.  
 et sine quibus difficile conseruat. scz oro et ie  
 iunium. vnde dñs ait. **V**oc gen? demonij  
 non eicit nisi in orone et ieiunio. **D**nt ergo  
 lumbi p otinentiam precingi et p abstinē  
 tiam. vnde apus. **S**tate succincti lumbos  
 vros in veritate. **V**ex succinctoniu. qd vel  
 poma vel subcingulum vocat int induim  
 ta legalia fuisse non legit. qd et si legales sac  
 dotes accincti tempe sacrificij abstinē debe  
 rent. **A**lio tñ tempe licite vacabant ample  
 xibus. hodie aut addit cingulum. qd moder  
 ni ministri hre dnt otinentiaz. et ideo non  
 solum cingi. h etiam succingi dnt. **I**deo aut  
 duplex est succinctorium. vt duplex castitas  
 denote. vlt? mentis que p cingulum signi  
 ficat. a parte sinistra dependet. qd potior est  
 castitas mentis qd corpis. et def? pars potior  
 est qd sinistra. vnde grez. **L**umbis pcingim  
 cum carnis luxuria p carnis continentiam  
 coartam. **C**ingulum qd ouenientem pan  
 tiam designat. de subcingulo etia dictum e  
 in pphemia huius partis. **E**t aduerte qd  
 pectus et fauces lenit cum amicu stringun  
 tur. qd motus in nra pte no sunt. **D**elias  
 prius clausit celum qn peijt qd non pluēt  
 qd a nimu. qn desiderabat vindictaz de mor  
 te pphay lingua etiam in humido sedet et in  
 madido. et facile lubricat. **V**nde princeps  
 aploz ad vocem ancille mgrm negauit. h  
 renes fortit cingulo stringunt. vt castiget  
 corpus et in huiusmodi redigat. et impetus  
 luxurie refrenet. **P**orro fm qd capiti scz xpo  
 ouenit zona sacerdotalis. significat illud qd  
 iob. apus ait. **C**onuersus vidi simile filio  
 homis pinctum ad mamillas zona aurea  
 p zonam auream perfecta xpi caritas desi  
 gnatur. quam dicit apus sup eminentem  
 scientie caritate xpi feruentē in corde radiā  
 tem in opere. **C**uius succinctoniu illud sig  
 nificat. quod psa. xi. de xpo loquens pdixit  
**E**rit iusticia cingulum lumbor eius. et fi  
 des cinctoniu renu eius. **N**am iustus dñs  
 iusticiam dilexit eq? atem vidit vult? eius.

777  
Et fidelis dñs in ve. su. & l. in om. op. suis  
**Q**ue sūmitates ipsius. due sūt ptes nata  
les iusticie. quam xp̄us fecit & docuit. sc̄p  
tibi nō vis heri alteri non feceris. h̄ q̄cunq̄  
vultis vt faciant vobis homies. & vos ea  
dem facite illis **C**ingulum ergo iusticiā  
significat. cuius duo sunt brachia sese con  
stringentia. sc̄p declinare a malo & opari bo  
num. Rep̄ntat etiam flagellum quo pilat̄  
cecidit ihm ioh̄. ix. **D**e stola.

**D**ost cingulum sacerdos orariū  
siue stolam que leue dñi iugum  
significat. siue que est iugum p̄  
ceptoy dñi sup collum sibi imponit. vt iu  
gum dñi se suscepisse demonstrat. quā cum  
osculo sibi imponit & deponit ad notandū  
assensum & desiderium quo se subicit huic  
iugo **I**lla aut̄ a collo p̄ anteriora descendēs  
dext̄ & sinist̄r latus adornat. q̄ p̄ arma iu  
sticie a dext̄ris & a sinist̄ris. v. in p̄speris &  
in aduersis sacerdos debet esse munitus. q̄  
tenus nec aduersis frangat. nec prosperis  
eleuet. **V**nde & cum sacerdos in ordinacōe  
stolam accipit dicit illi ep̄us. **A**ccipite iugū  
dei. Iugum enī eius suauē est. & onus eius  
leue. suauē in p̄speris. leue in aduersis **S**to  
la quippe vsq̄ ad gēua que curuant̄ p̄ten  
ditur. vt nos mites cordē huīles insinuet  
**S**ignificat enim patientiā de qua scriptum  
est. **P**atientia vobis nācia est. vt reportetis  
p̄missiōes. & itē. **I**n pa. ve. po. a. ve. hinc  
est ergo q̄ stola cum zona seu cingula a dex  
tris & a sinist̄ris quib̄dam annexibus col  
ligatur. q̄ virtutes virtutibus sociant̄ iu  
uant̄. ne aliq̄ moneant̄ tēptatiōis impulsu.  
**E**t ad designand̄ q̄ tam in prosperis q̄ in  
aduersis debet xp̄i iugum patient̄ ferri faci  
ente glutino caritatis **A** quib̄dam vero pō  
tificibus addit̄ premissis verbis stola inno  
centie induat te dñs. quod stolam respicit  
p̄mitiuā. que fuit innocentie significatiua  
**R**ursus stola ab humero sinistro sacerdotis  
in dextrum dum ordinat̄ reflectit̄. q̄a cum  
obia incipiat ab actiua p̄ dilectiōe p̄xiimi  
transit in contemplatiuā vitam p̄ dilectiōis  
dei. longitudo aut̄ stole p̄leuantia signifi  
cat. **D**uo brachia stola dependentia. signifi  
cant prudentiā & tempantiaz. vnde a plus  
ad thi. iij. **S**obrie. iuste & pie viuam̄ t̄c.  
**S**ed & s̄m decretum bracaren. concilij debz

sacerdos de vno eodēq̄ orario ceruicē parit̄  
& vtranḡ humer̄ p̄mens signum crucis  
in suo p̄ctore p̄parare. vt qui impturbatus  
p̄cipit̄ inter p̄spera & aduersa consistē. vir  
tutum semp̄ ornamento vtroq̄ circūseptus  
appareat humero. **S**iquis aut̄ aliter gerit  
e x̄cōmunicacōi debite subiacebit. nisi forte  
quis dixerit hoc decretum p̄ d̄riam ḡnalis  
ec̄cie consuetudinē obrogatum. **N**am vero  
vbiq̄ partes stole reducunt̄ ante p̄ctus in  
modum crucis. **C**rucem aut̄ gerit dum xp̄i  
passionem cuius minister est imitat̄ in mente  
**O**rarium itaq̄ iugum simul & onus est.  
**I**ugum sacerdotibus. onus d̄p̄aconib̄. **V**n̄  
fit vt sacerdotibus circa collum. & d̄p̄aconi  
bus sup sinist̄r humer̄ ponat̄. sicut enim iu  
gum collo portat̄. sic & humeris onera ferū  
tur. **L**ege in leuit. & videbis solos leuitas  
ferendis oneribus destinatos. **I**n d̄p̄acono  
etiam stola iugum significat. p̄ur in pre. ij.  
dictum est. vbi de d̄p̄acono agit **A**d huc  
stola sinistro humero d̄p̄aconi imponit̄. q̄a  
debet temporalia sp̄ualibus deſuare vel quia  
dexteram d̄p̄aconi oportet esse liberam. vt  
expeditius ad ministeriū sacerdotis discor  
rat. de quo etiam ibidem dictum est **A**d  
lumbos stola succingit̄. vt sit fortis & expe  
ditius & pugnas libidinum. q̄nq̄ t̄n solum  
sup sinist̄rum brachiū. pars anterior stole  
complicat̄ quod tractū est a legalibus sacer  
dotibus. qui. dum sacrificabant sūmitates  
balthei sup humer̄ reflectebant **I**n ep̄o  
vel sacerdote ab vtrāq̄ parte equalit̄ dep̄ē  
det anterior. q̄ xp̄us cuius typum gerunt  
qui equanimit̄ se habuit in p̄speris & in ad  
uersis que p̄ leuam & dexterā significantur  
habitatores terre ad celestia ducē desiderā  
bat. quod semp̄ ante oculos mentis sue ge  
rebat **V**idum est aut̄ orariū. q̄ quis sine  
alijs indumentis sacerdotalibus baptizare  
conſignare. & alia plura orādo facere liceat  
sine orario t̄n nisi magna nāitate cogente  
nihil hor̄ facere liceat. **I**n cōcilio triburen.  
in burcardo li. v. c. presbri. legit̄ vt presbri  
non vadant n̄ stola oratio ve induti **N**o  
randum aut̄ est q̄ antiquitus stola erat ve  
stis candida p̄tingens vsq̄ ad vestigia. q̄  
p̄iarche vtebant̄ ante legem. quam p̄mo  
geniti cum b̄ndictionē p̄ris accipient̄ indu  
ebat. & dño victias vt pontifices offerebat̄



Eo postq̄ alba cepit portari mundata est  
 in torquem per primam stolam innocentia  
 intelligit que fuit in primo hoie. Sed cum  
 eam perdidit ppter peccm oportuit eam recu-  
 perare p vitulum saginatu. q̄ igit supelst ut  
 qui p inobiam cecidimus. p obiam resurga-  
 mus. recte pro veste innocentie recupanda  
 subimus torquem obie. Nam p stolam qua  
 runc vrim obiam accipimus euangelij cru-  
 cifixi. Porro hm q̄ capiti scz xpo ouenit sto-  
 la que supamicu collo sacerdotis incubit  
 obiam & huitatem significat qua dñs oim  
 ppter suoz salutem subijt. Nam cum in for-  
 dei esset non rapinam arbitratus est esse se.  
 c. d. **S**inaniuit enim semetipm formā hui  
 accipiens. Factus est obediens vsq̄ ad mor-  
 tem mo. a. ctu. Causam quippe mortalitatis  
 nec traxit originē. nec omisit in ope. **S**to-  
 la etiam repntat ligaturam qua ibs ligat⁹  
 fuit ad columnam. **S**taturū est in cano-  
 nibus ne subdyaconi. lectores. & psalmiste  
 orarij siue stolis vtant.


**De manipulo**  
**Q**uia vero mentibus bene opo-  
 sitis & diuino cultui mancipa-  
 tis sepe subrepat accidia que quodā torpore  
 reddit animū dormientem p̄. Dormitauit  
 ania mea pre tedio. Ideo in sinistra manu  
 minister ad altaris ministeriū accedentis q̄  
 dam apponit manipula que fanon vel ma-  
 nipulus vel sudariū appellat. q̄tenus sudo-  
 rem mentis abstergat. & saporem cordis ex-  
 tuciat. vt bonis opib⁹ inuigilet depulso te-  
 dio vel torpore. Per manipulam enī bona  
 opera vel vigilantia designant. De q̄ dñs  
 ait. Vigilare q̄ nescitis qua hora filius ho-  
 minis venturus sit. Vñ sponsa dicit in cā.  
 Ego dormio & cor meum vigilat. Per suda-  
 rium etiam p̄ia designat. qua labes quoti-  
 tidiani excessus & tedium mundane conuer-  
 sationis extergit. de quo dicit. Dormitauit  
 anima mea p̄ tedio. tedet enim aniam peccō-  
 tum conscientie & infirmitatis corporee. signi-  
 ficat etiam futuroz bonoz retribucōz. Vñ  
 in quib⁹dam locis quotiens in festis albis  
 vtunt. manipulos portant ex eo q̄ in illa  
 vita vn⁹ quisq̄ ppam mercedem accipiet. Et  
 venientes venient cum exul. por. ma. suos  
**I**tem q̄ manipulus p̄iam designat. Inde  
 est q̄ sudarium subdyaconi magis fanone

saēdotali format. q̄ vbi maior excessus ma-  
 ior exigit p̄ie scudus. **De sudario etiaz in**  
**fra dicit.** Sane ministri manipulū in bra-  
 chio sinistro fuerūt. ad notandum q̄ stricti  
 dñt esse ad terrena. scz ad celestia expediri.  
**Antiqui aut non erant astricti ad hoc.** q̄ a  
 deo etiam pro temporalibus suiebant. & ad  
 significand⁹ nos in hac vita que p ministe-  
 rium significat pati tedium supflui humo-  
 ris. & delectacōis. & alia supflua mentis ad  
 hoc manipulus in sinistra fidē in hac vita  
 designat. Manipuli vsus sumptus est non  
 ab aaron. s̄ ab antiquis p̄ribus. q̄ sic le-  
 in martirilogio bede. Arcenius sudarium  
 semp ferebat in sinu vel manu ad regendū  
 effluentiam lacrimaz. Porro hm q̄ capiti.  
 scz xpo ouenit. q̄ sacerdos manipulū por-  
 tat in leua. designat q̄ xpus brauiū obtine-  
 bat in via. Per manipulum enim p̄mium  
 designat. iux illud quod legit. Venientes  
 aut venient cum exul. por. ma. su. Per leuā  
 vita p̄ns accipit iux illud. Leua ei⁹ sub capi-  
 te meo & dex⁹ eius amplexabit me. Xps aut  
 simul fruebat & merebat. fruebat in patria  
 & merebat in via. Nam fil⁹ & brauiū ophē-  
 debat & stadium pcuriebat. q̄ simul erat in  
 patria & in via. Nemo inquit ascendit in  
 celum nisi qui de celo descēdit. filius hois  
 qui est in celo. Manipulus etiā repntat fun-  
 nem quo ibus prehensus a iudeis ligatus  
 fuit. vnde iob. xij. Comprehendēt & liga-  
 uerunt eum. Manipulus tñ post indutam  
 planetā consuevit rōno pontifici immitti  
 quod etiam a pluribus obhuat. De quo in  
 iij. parte sub ti. de confessione dicit. **No-**  
**tandum aut q̄ dyaconus & subdyaconus**  
**pontifici induenti & exuenti se sacris vesti-**  
**bus sine manipulis huiunt.** Primo vt expe-  
 ditius & liberius administrant. Secundo  
 ad notand⁹ q̄ in tali obsequio non d̄z fructū  
 querē tempalem. qui q̄ng p manipulū sig-  
 nificat. iux illud p̄. Venientes aut veniēt  
 rē. Ausus dum pontifex se induit vel exuit  
 dyaconus stat a dextris. & subdyaconus a  
 sinistris. q̄ dyaconus ex ordine suo ad for-  
 tiora & pfectiora que ad dexterā significant  
 assumit q̄ subdyaconus.

**De casula seu planeta**  
**O**stremo sup omnes vestes in-  
 ducitur casula que q̄ parua casa

dicitur. et a grecis planeta vocat a planon quod  
 est error. quoniam exabundus eius limbus super  
 brachia cleuat. significans caritatem sine qua  
 sacerdos est sicut es sonans. aut cymbalum  
 tinniens. sic enim caritas operit multitudinem  
 peccatorum et omnia legis et prophetarum mandata  
 continet. dicente apostolo. Plenitudo legis est ca-  
 ritas. Sicut et hec vestis cuncta planat. et  
 omnia alia indumenta intra se claudit et con-  
 tinet. De caritate dicit apostolus. Adhuc excel-  
 lentiorum viam nobis ostendo. Si linguis ho-  
 mirum loquar et angelorum caritatem autem non  
 habeam nichil sum. et iteque si fidem habeam  
 ut montes transferam. caritatem autem non  
 habeam nihil sum. Nec siquidem est vestis  
 nuptialis. de qua inquit in euangelio. Ami-  
 ce quomodo huc intrasti non habes vestem nup-  
 tialem. sine hac autem nunquam sacerdos dei suum  
 officium exercere. quod semper eum decet in cari-  
 tatis vinculo permanere. Per hoc autem quamvis  
 aures super os planete reuoluit innuit. quod opus  
 bonum debet ad caritatem referre. Nam finis  
 precepti est caritas de corde puro et conscientia  
 bona et fide non ficta. Quod vero casula in ex-  
 tensione manuum in anteriorem et posteriorem  
 partem diuidit. significat duo brachia cari-  
 tatis. scilicet ad deum et ad proximum. Diliges in-  
 quit deum. tu. et. In his duobus mandatis  
 pendat tota lex et prophetie. Rursus latitudo  
 planete latitudinem significat caritatis. quod  
 et usque ad inimicos extendit. Vnde latum ma-  
 datum tuum nimis. Due quoque plicature sinistre  
 viz et dextre. sunt duo precepta caritatis. scilicet  
 amor dei et proximi. Duplicat etiam ante pe-  
 ctus. per quod cor et inter humeros. per quos  
 opera exprimitur. et in eis vestimentum ipsum  
 duplex efficitur. quod sic debemus bona opera foris  
 ostendere proximis. ut eadem intus in corde co-  
 ram domino integra seruemus. Caritatem enim  
 debemus habere in corde et opere et intus et foris.  
 Rursus ante pectus duplicat quoniam per cari-  
 tatem bona voluntas. et sancta cogitatio  
 generat. Duplicat etiam inter humeros quod  
 per illam aduersa a proximis et ab aduersariis  
 supportant. Ad brachia autem eleuat. dum  
 bona opera caritatis operamur. Ad dexteram  
 dum operamur bonum ad domesticos fidei. et  
 ad sinistram dum extendit etiam ad inimicos.  
 Adhuc triplicat in brachiis. In dextro  
 quidem dum fidelibus monachis clericisque

lapicis subuenimus. In sinistro dum infide-  
 libus. scilicet malis christianis iudeis et paganis.  
 nostra ministramus. Per casulam quoque recte opa  
 iusticie designantur. iuxta illud. sacerdotes tui  
 induant iusticia. Sane sacerdos suum agens  
 officium. non debet casulam exuere. quod pre-  
 cipiente domino. leuiticus. xxi. c. Non licet ei egredi  
 de sanctis. scilicet rebus vel preceptis. Porro  
 sicut quod capiti. scilicet christo conuenit casula magni  
 sacerdotis est eadem vniuersalis. de qua dicit  
 apostolus. Quoties in christo baptizati estis christum  
 induistis. Hoc est illud aaron vestimentum.  
 cuius in oram descendit unguentum. hoc a ca-  
 pite descendit in barbam. et a barba descen-  
 dit in oram. quoniam de plenitudine spiritus eius.  
 nos omnes accipiemus primo apostoli. postmodum  
 ceteri. Quod autem casula unica et integra. et  
 vndique clausa est. significat fidei unitatem et  
 integritatem. Vestem in extensione manuum  
 in anteriorem et posteriorem partem quodam-  
 modo diuidit. designans antiquam et nouam que  
 passionem christi precessit. et nouam que passio-  
 nis christi subsequitur. Nam et qui preibant et qui seque-  
 bantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid  
 Benedictus qui venit in nomine domini. Nec  
 etiam vestis repntat purpureum vestimentum  
 quo milites circumdederunt iherosolimitanum iob. xi. c.


**S** De caligis et sandalijs  
 Vperius de sex ornamentis tam  
 sacerdotibus quam episcopis omnibus  
 dictum est. Nunc autem de nouem pontificum  
 specialibus dicendum restat. Et prius de cali-  
 gis et sandalijs videamus. Vestimentum autem  
 pedum non habuit originem ab aaron qui  
 dum taxat in iudea ouerabat. Ideoque nate  
 non habuit. hoc ab apostolis quibus dictum est.  
 Euntes docete omnes gentes. nisi forte. quod  
 dixerit. quod calige et sandalia in locum femo-  
 raliu succedunt. Celebraturi igitur ponti-  
 ficis pedes interea dum dicunt quoniam psalmi  
 in preparatione euangelij pacis caligis et san-  
 dalijs calceant quorum pulcritudinem ammira-  
 batur propheta. dicens. Omnis speciosus pedis eu-  
 gelizantium pacem euangelizantium bona. vnde  
 apostolus ad ephesios. Calceati pedes calceamentis  
 virtutum. Et in euangelio legit dominum misisse  
 discipulos suos sandalijs calceatos utique in  
 preparatione euangelij pacis. Si enim calceati  
 non essent quomodo super serpentes et scorpiones  
 calcare potuissent. Cogitent igitur episcopi cur

ita calceati sunt. imitent eorum exempla quorum  
 imitant calceamenta. Siquidem per pedes con-  
 uenienter affectus intelligunt. Sunt namque  
 huius affectus et desideria calceata. ne pulue-  
 terrenorum seu temporalium maculentur. Per huius  
